

Nach einer Niederschrift im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden, die kaum vier Zoll breit und gegen sechs Zoll lang nie mit einem Siegel versehen war und in den letzten Jahrzehenden des 13. Jahrhunderts geschrieben wurde. Ob darin nur die Copie einer ächten Urkunde erhalten sei, ist sehr zweifelhaft, da die Urkunde vielmehr ein ziemlich ungeschickt gefertigtes Machwerk zu sein scheint, mit welchem B. Withigo I. sein Anrecht auf die Silbergruben bei Scharfenberg und den Fürstenrang dem Markgrafen Heinrich dem Erlauchten gegenüber zu erweisen beabsichtigte.

Kreysig Beiträge II. S. 6. — Huillard-Bréholles hist. dipl. Friderici sec. II. P. 1. p. 231.

No. 97. 1223. 31. März.

P. Honorius III. befiehlt den Prälaten der Prov. Magdeburg die Excommunication der Söhne Arnolds von Mildestein, welche den B. Bruno gefangen und einen Eid ihm abgedrungen, dass er nicht gegen sie klagbar werden wolle, auch bisher keine Genugthuung desshalb geleistet, sondern sich sogar an den Gütern des Bischofs und der Kirche vergriffen haben, öffentlich zu verkündigen.

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis universis praelatis per Magdeburgensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad audientiam nostram, quod filii Arnoldi de Mildestein milites et complices eorumdem venerabilem fratrem nostrum . . Misnensem episcopum ausu temerario capere praesumpserunt, ac demum extorserunt iuramentum ab ipso, quod de huiusmodi non conquereretur iniuria nec super hoc ullo tempore ageret contra eos. Sicque ipsorum praesumptione dampnabili remanente hactenus impunita non solum non satisfecerunt eidem de tantae praesumptionis excessu, verum etiam ad bona sua et ecclesiae sibi commissae manus temerarias extenderunt, decimas et alios redditus eius temere invadentes. Nolentes igitur sub dissimulatione transire tantae temeritatis excessum, devotioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus, si res ita se habet, praesumptores huiusmodi tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nuntietis et faciatis ab omnibus artius evitari, donec praefato episcopo satisfecerint competenter et cum litteris vestris rei seriem continentibus ad apostolicam sedem venerint absolvendi. Datum Laterani II. Kal. Aprilis pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 98. 1224. Nov.

Der Abt Ludeger und der Convent von Alzelle beurkunden, dass nach einem schon früher mit dem Capitel durch schiedsrichterliche Vermittelung abgeschlossenen Vertrage sie zu jährlicher Zahlung von 15 Mark S. an dasselbe verpflichtet seien, die sie nunmehr baldigst auf bestimmte Güter anzuweisen versprechen.

Ludegerus dei miseratione abbas, Gozwinus prior totumque Cellensis monasterii capitulum omnibus in perpetuum. Ne gestae rei memoria processu temporis evanescat et pereat, discretorum virorum prudentia solet eam per litteras, a quibus robor firmioris testamenti recipiat aeternare. Sciant ergo praesentes et posterius, quod cum Misnense capitulum adversus monasterium nostrum coram venerabilibus viris G. decano et H. canonico Magdeburgensibus iudicibus a sede apostolica delegatis super